

morsum fideles etiam tentati per recidivam sentire possunt) Sic *ἰλασῆριον* Rom. III, 25. VIII, 32. seq. refertur ad Processum iudicialem, quo totus mundus fit DEO obnoxius *ὑπόδικος* v. 19. Quo lex *iram* operatur, Rom. IV, 15. Gal. III, 13. Quo reuelatur ira DEI de caelo super omni omnino iniquitate Rom. I, 18. 17. 16. Ita res maxima agebatur, cum Baptista baptizari volentes remitteret ad *Christum Iesum τὸν ἐρχόμενον* Act. XIX, 4. fulminabat enim aduersus Hypocritas: O genimina viperarum, quis subostendit vobis (sic more vestro vllius operis operati) fugere a secutura *Ira*? Matth. III, 7. Luc. III, 7. Idem Baptista de *IRA DEI*, remanente super eo, qui non fidem habet Filio, serio concionatur Ioh III, 36. 25. Quo ipso capite ipse D. N. I. C. misericordissime comonstrat Vnicam viam euadendi *iudicium*, v. 16 - 19. Accedit locus classicus Rom. V, 9. quo Saluatio nostra vocatur saluatio aut ereptio *ἀπὸ τῆς ὀργῆς*. Et sequitur v. 10. si enim inimici existentes, *reconciliati sumus DEO* per mortem filii ipsius, multo magis *reconciliati* (*Ναυδὲμ τὴν nun versöhnet sind* coll. v. 1.) saluabimur in vita eius, per quem nunc reconciliationem accepimus v. 11. 17. 18.

Doctrina ergo de Merito nostro *ira* diuinæ, bene consistit cum *amore* & commiseratione Dei, qua ductus DEVS Pater suum ipsius Filium eumque Vnigenitum desuper misit *ἰλασμὸν* Ioh. IV, 9. 10. *εἰς τὸ ἰλάσκεισθαι* Ebr. II, 17. vt *gratia Dei* pro vnoquoque gustaret mortem, ibid. v. 9. 10. Ioh. III, 16. coll. 14. *Ira* tamen in ipso DEO non concipienda impetu humano; quasi noluerit DEVS iracundus prius acquiescere, quam *satisfactum* fuerit *vindictæ cupiditati* per immanissima quæque supplicia; eo scilicet modo, quo homines irati satisfactionem exigunt. *Deus enim Deus est, non homo. Ira non est opus DEI proprium*

*relatio ad iram & amorem conciliatur.*

*Art. Smalc. 326, 320.*